



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 147. Novi Cardinales a Pontifice ad alloquium admissi

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. Pontifici sanguine junctus ex parte
 A.C. 1460. Matris suæ, Victoriæ de Fortiguer-
 ra. Quartus Brocardus de Weis-
 priach Germanus, tit. SS. Nerei & A-
 chillæi, & Archiepiscopus Salisburgen-
 sis. Quintus, Alexander Oliva Ordinis
 FF. Eremitarum S. Augustini Generalis,
 Presbyter Cardinalis ad S. Susannam, &
 Camerinensis Episcopus. Sextus deni-
 que Franciscus Piccolominæus Nepos
 Pontificis, patria Senensis, ejusdem Ci-
 vitatis Archiepiscopus, Cardinalis Diaco-
 nus tit. S. Eustachii.

§. CXLVII.

*Hi sex Cardinales ad secretum Sena-
 tum a Papa vocati.*

*Gobel. l. cit.
 lib. 7.*

Sabbato dein proximo, Patrum Senatus
 in Ecclesia Cathedrali indicitur, ubi
 etiam novi Cardinales comparebant. His
 ad alloquium admittis, Papa de meritis
 singulorum plura dixit, ac demum pro-
 prius ad se accedentes ad cancellos sub-
 sistere jussit, eis ob oculos paucis verbis
 ponens excellentiam dignitatis, qua mox
 donati essent, morumque integritatem,
 quam hæc ipsa ab eis exposceret, demum
 illos admonuit, ut ipsimet sese dijudi-
 carent,

carent, utrum tales tantique probarentur Sæcul. XV.
 Viri tam eximio honore digni. His di- A.C. 1460.
 ctis vocavit eos ad osculum pedis, ma-
 nus, & oris, postea seniores Cardinales
 pariter recens electos pacis osculo hono-
 rarunt, eosque penes se confidere fe-
 cerunt. Paulo post Advocati causas
 aliquas perorarunt, quibus decisis an-
 tiquiores Cardinales coram Papa stan-
 tes circulum formarunt, nuper vero
 creati genibus flexis votum pro vete-
 ri formula nuncuparunt in manibus
 summi Pontificis, qui uniuscujusque ca-
 piti rubrum de more galerum imposuit,
 choro demum Hymnum Ambrosianum
 decantante. His solemnibus ita peractis,
 Cardinales mox electi ab antiquis ad
 Aram Beatæ Virginis deducuntur, ibi-
 que Cardinalium Decanus orationem su-
 per eos fudit, qui rebus sic absolutis ad
 Pontificem reversi sunt, ipse vero soluto
 Senatu in Palatium rediit. Joannes
 Gobelinus singulos hosce ritus descri-
 psit, ut cunctis, inquit ille, notum fieret,
 eo tempore nullos ad Cardinalium Col-
 legium assumptos esse, nisi prius antiquis
 propositi, & probati fuissent.